Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

est bonum et laudabile. ergo spes non est virtus. Praeterea nulla virtus
habet actum mercenarium quia virtus operatur bonum propter se ipsum.
sed spes habet actum mercenarium cum intendat in remuner-
ationem. ergo spes non est virtus. Sed contra quod non inducit ad vi-
tium etiam non est virtus. Spes autem inducit ut patet in Ps. Le-
tentur omnes qui sperant in te in aeternum exultabunt. ergo spes est virtus.
Praeterea spes est propinquior caritati quae est mater omnium virtu-
tum quam fides quae est in affectu. sed fides est virtus. ergo et spes.
Praeterea nihil est meritorium nisi actus virtutis. sed spei actus
est meritorius quia a confusione liberat. Ps. In te domine sper-
avi non confundar in aeternum. ergo spes est virtus. Solutio. dicendum
quod sicut supra dictum est d. xiiij. dictum est virtus secundum communem usum loque-
ndi dicitur habitus inclinans ad actum qui est bonus dupliciter. scilicet
per convenientiam ad agentem proximum et per obiectum quod habet rationem
boni inquantum est obiectum talis actus. sed autem duo sunt in actu
spei. Cum enim spes in appetitiva parte sit oportet quod obiectum
eius sit bonum sub ratione boni. et sic habet bonitatem ac-
tus spei ex ratione obiecti. Secundo spes super expectationem
certitudinem addit ut patet per diffinitionem in littera positam.
certitudo autem importat determinationem respectu eius ad quod dicitur certitudo.
Unde cum certitudo spei sit de bono expectato importat
determinationem ad bonum. et ex hac parte actus est perfectus pro-
veniens quasi ad bonum ipsius determinationem habet sicut actus
scientiae quae determinat intellectum ad verum quod est bonum intellectus.
non autem actus opinionis quae est in utramque partem. et propter hoc scientia est virtus
et non opinio ut dicitur in vi. ethicorum. Unde patet quod spes virtus debet
dici secundum communem usum loquendi. Ad primum ergo dicendum quod spes
secundum quod est passio non est virtus. sed secundum quod est in appetitu intellecti-
ve partis. nomina aliarum passionum nominata in convenientia ad
virtutes in [illegible] propter hoc sicut nomen spei. quia spes dicit
in ordine ad bonum et praeter hoc importat motum appetitus
in bonum tendentis et sic habet quandam similitudinem cum
electione et intentione boni quae requiritur in omni virtute. Ti-
mor autem dicit in ordine ad malum. recedere autem a ma-
lo quamvis ad virtutem pertineat non in hoc consistit perfectio
virtutis sed in electione boni. gaudium autem et tristitia ma-
gis dicunt impressionem boni et mali in appetitu quam
motum appetitus in ea. Unde non habent similitudinem cum
electione virtutis. Ad secundum dicendum quod illud arduum in quod ordi-
nant virtutes acquisitae est finis proportionatus fa-
cultati naturae et ideo natura per se ipsam determinata est ad spe-
randum illum finem. Unde non indiget aliquo habitu superaddi-
to per quod determinetur in id. sed hoc arduum quod in vita
aeterna excedit facultatem naturae. Unde cum natura non
sit determinata ad sperandum id. oportet quod determinetur per aliquem
habitum infusum. et hic est spes quae est virtus. Ad tertium dicendum quod
spes multis modis dicitur. quandoque enim nominat passionem
et sic non est virtus. quandoque nominat habitum inclinantem ad ac-
tum non tamen similem spei quae est in parte sensitiva quae est passio
et sic est virtus. quandoque vero nominat ipsum actum et sic est actus
virtutis. quandoque vero nominat ipsam rem speratam. Tit. ij.
Expectantes beatam spem et sic est obiectum virtutis. quandoque
autem nominat certitudinem quae [illegible] spe Ro. v. propter hoc vero
spe id est spei certitudine et sic nominat statum perfectionis
in virtute quae ad certitudinis intentionem. [illegible] ergo spei
quae virtus est ex meritis non procedit. sed obiectum id est praemium
speratum pro meritis redditur. et ideo actus spei in suum
obiectum redit ex suppositione meritorum et sic licet dicatur ex
meritis procedere ratione sui actus. Ad quartum dicendum
quod spes quae est virtus non opponitur timori qui est donum. quia spes
extendit se in deum ex consideratione divinae largitatis. ti-
mor vero dicit resilitionem ex consideratione propriae parvitatis
et non est in eodem resilitio timoris et extensio spei. unde
non sunt contraria. Ad quintum dicendum quod facere ad propter aliquod commodum
temporale facit actum mercenarium. non autem facere propter re-
munerationem aeternam. quia continentia etiam non sufficit ad
salutem si propter solo amore pudicitiae retineretur ut
dicitur in libro de ecclesiasticis dogmatibus. et eadem ratio est de ali-
is humanis actibus. Vel dicendum quod actus dicitur esse mercena-
rius qui propter mercedem fit. non autem qui est circa ipsam mercedem.
Quamvis ergo actus spei sit expectare beatitudinem quae est
merces non tamen eam expectat propter mercedem ipsam sed ex
inclinatione habitus sicut et in aliis virtutibus contingit. et
praeterea non expectat eam inquantum est merces. sed inquantum est quod-
dam summum arduum. habet enim deum pro principali obiecto.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod spes non sit virtus theologica.
Omnis enim virtus theologica habet deum pro obiecto. sed virtus cuius
obiectum deus est non potest quod eius sit appetitus [illegible]
partis non se extendit ultra bonum [illegible]. cum ergo spes
ad irascibilem pertineat. videtur quod spes non sit virtus theologica.
Praeterea ysa. xxx. dicitur in spe erit fortitudo vestra. sed fortitudo
non est virtus theologica sed cardinalis. ergo et spes. et praecipue
cum eadem extrema videantur habere scilicet timiditatem et auda-
ciam. Praeterea expectare est longanimitatis. Gal. v. longanimitas
expectationis. sed videtur esse patientiae Ro. viij. Si quod non
videmus speramus per patientiam expectamus. ergo cum spei
sit expectatio videtur quod spes sit idem quod patientia vel lon-
ganimitas quae tamen non sunt virtutes theologicae. ergo nec spes.
Praeterea spei est in arduum tendere sed hoc est magnanimitatis quae
maxime magnum attendit. ergo spes est idem quod ma-
gnanimitas sed magnanimitas est virtus moralis et non theologica.
ergo et spes. Sed contra quod dividitur ex opposito aliis theologicis
virtutibus. I. Cor. xiij. Nunc autem manent fides spes
caritas tria haec. ergo est virtus theologica. Praeterea omnis virtus
quae habet finem ultimum pro obiecto est virtus theologica. talis autem est
spes cum sit expectatio futurae beatitudinis. ergo spes est